



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



JOAN. Eisenhart
In Acad. Julia P. P.

**BREVIARIUM
ETHICUM**


complectens

SYLLOGEN

**PROPOSITIONUM
EX VNIVERSA MO-
RALI SCIENTIA SE-
LECTARUM.**



HELMESTADI,
Typis HENRICI DAVIDIS MÜLLERI, Acad. Typ.
ANNO MDCCC LXXIX.






L. B. S.

Naturalis methodi ratio unum eundemque disciplinas tradendi modum atque ordinem postulat; cum videlicet qui ex notioribus doctrinam orditur, remque subjectam per sua inferiora sic declarat, primum ut notentur genera, quæque genus vel antecedunt, vel ei insunt, vel illud consequuntur; tum genus in suas dividatur species, & cujuslibet tum divisionis genuina assignetur ratio tum membri divisi propria vis explicetur; quam docendi viam præter Aristotelem *i. Poster. analyt. c. 1. & de partib. animal. lib. 1. c. 1.* & Cic. *i. de Oratore*, Galenus quoque *Ἐπιπέριον lib. 1. pr.* commendat; Et iste quidem, ea quæ generi omnibusque sub eo comprehensis speciebus insunt, conjunctim tradenda, ac postea demum singularum specierum propria, contemplanda esse, demonstrat ostensâ inconvenientiâ quæ ex ordine illo neglecto emergit: *φανερὸν δὲ ὅτι καὶ κτ' μέρθ. ἡδὲ λεγούσης.*

); (2 (2)



ἡ δὲ πολλῶν ἐξῆμῶν πολλάκις ταῦτα. *Manifestum* verò, si per partes, i. e. in singularum specierum doctrinâ, explicare velimus affectiones qua generi insunt, nos de multis idem sapius dicturos. Galenus autem Nicolao Leoniceno interprete I. c. sic loquitur: *Hic igitur Mnesitheus à primis atq; supremis incipiens generibus, putavit secari illa oportere in alia genera speciesq; ac differentias: hoc rursus in alia dividi, ac denuo ista eodem modo, donec ad talem pervenerimus speciem, post cujus divisionem ad unum numero & individuum perveniremus.* Paucisque interjectis idem docet: *tum qua in aliis artibus & sectis contingunt errata, tum qua Medici in agrotantium curatione delinquant, hanc primam atq; precipuam causam habere, divisionis scilicet pravitatem; Quidam enim pergit, in primis & supremis generibus stant, solam qua ab illis sumitur indicatione contenti: quidam verò usque ad aliquid dividunt, non tamen usq; ad finem perveniunt; nonnulli verò etiam vitiosis utuntur divisionibus. Qui verò & omnia qua sunt secundum naturam & prater naturam hoc divisionis artificio complectitur atque ab omnibus sufficientes*

entes sumit indicationes, hic solus, quantum hu-
manis permittitur viribus, medenda non erra-
bit. Et qui in scientiis activis quoque omnes
negotiorum species à summo genere ad spe-
ciem usque infimam recte dividit, & in unaqua-
que specie tum communem totius generis na-
turam & qualitatem, tum propriam cujusq; vim
recte investigat, hic solus, quantum humanis
permittitur viribus, in judicando non errabit.
Quæcunque igitur scientia tali methodo com-
posita & tradita est; in hac, quod quidem par-
tium & dispositionem & numerum attinet, ni-
hil desiderari posse videtur, si modo nulla vel de-
finitio vel divisio vitiosa fallacæ hypothetis do-
ctrinæ immixta sit. Quippe rectitudo divisio-
num non in solâ vel dispositione vel solo nume-
ro, sed & in ipsius rei veritate consistit. De ce-
tero autem, prolixiori tractatu an verò concisâ
methodo scriptor aliquam scientiam explicare
velit, in ipsius arbitratu videtur esse positum; pro-
ut nempe alii atque alii fini suas lucubrationes
destinavit. In præsentî saltem breviarium ethi-
cum edimus; hæc tamen brevitatis non nisi de
externâ facie intelligenda est: Nam quod ipsa-
rum

):(3

rum propositionum hac methodo comprehensarum vim & reconditum sensum attinet. certus sum, ingentis voluminis seminarium hinc delitescere; id quod in ipso examine disputatorio, quod nuper propitio Numine cœpimus, præter alios auditores ipsi Respondentes atque Opponentes jam deprehendere cœperunt. Et nunc quidem nihil præter disputandi materiam auditoribus meis exhibere volui, cum ipsam doctrinam moralem toto hoc anno & publicis & privatis lectionibus absolverim. Quandoquidem verò par est, ut is qui doctrinam aliquam sive continuâ oratione sive etiam in palæstrâ disputatoriâ, perceptis auditorum objectionibus & responsionibus, declarando tradere velit, easdem utrobique adhibeat tum definitiones, tum divisiones, tum hypotheses ac reliqua principia; huic omnium recte sentientium suffragio & ipsâ naturali ratione comprobata legi hanc meam syllogem propositionum moralium conformare omni studio conatus sum; quam quidem nulli displicere posse existimo, nisi cui ipsum veritatis studium ex superbâ aliquâ suæ sapientiæ opinione sordeat, nihilque rectum videatur nisi cuius

jus

ius ipse vetauctor, vel inventor, vel coneminator
exiterit. Oritur hoc quorundam ingenio-
rum sua tantum aestimandi, aliorum verò lucu-
brationes sinistra perstringendi censurâ cacoe-
thes partim ex imperitiâ, partim & ex maligni-
tate aliquâ: Alii enim etsi vel odii vel invidiæ
vel alias de aliorum scriptis sinistre judicandi
causas procul habeant, quicquid tamen opinio-
nibus suis non per omnia consentire putant, sta-
tim tanquam absurdum & alienum abominan-
tur; ὡς γὰρ αἰώθαιρο, ἔτος ἀξιῶρο λέγεσθαι καὶ
τὰ παρὰ ταῦτα, ἐχ' ὅμοια φαίνεται, ἀλλὰ διὰ τὴν
συνήθειαν ἀγνωστότερον καὶ ξενικώτερον ἢ γὰρ
σύνθετον γνωριμώτερον. *Quemadmodum enim
consuevimus, ita iudicamus dici debere; &
quæ his non consentiunt, absona videntur, & quia
iis haud insuevimus, incognita ac valde peregrina:
consuetum enim notius est: Ita Aristot. II.
Metaph. c. III. prima sectionis: Alii verò etiam
ex invidiâ & malignitate alienas operas fanna-
toriâ linguâ perstringunt, metuentes sibi aliquam
lucelli occasionem decedere, nî sapientiæ prom-
ptuarium soli habere existimentur. Sed infice-
tas hæc mentes suis relinquo opinionibus, &
huic*

huic præfationi finem imponens, me meosque
quos ipsa hæc pagina notat Respondentes tuo,
Lector benevole, favori etiam atque etiam com-
mendo. Scribebam in Acad. Julia XIX. Xbr.
CJC IC C LXXIX.

Nomina Respondentium

qui mutatis vicibus & Opponentium partes
sustinuerunt.

CONRADUS WILHELMUS POLENIUS *Eimbeccensis.*
HENRICUS GEORGIUS *Engelbrecht Hanno-*
veranus.

JOHAN HENRICH *Dogel Uffenia - Westphalus.*
JUSTUS *Lüders Riddagesbusanus.*

CASPARUS JUSTUS *Wichman Hildesiensis.*

MATTHIAS CHRISTOPH. STUSS *Helmstadiensis.*

JOHANNES *Sunold Tangramundâ Palao - Mar-*
cbicus.

ENNO *Friderich von Wicht Ost-Frisius.*

GEORGIUS *Schlüter Magdeburgensis.*

NICOLAUS HEINRICH à DIETHM ARSEN
Lüneburgensis.

JOHAN VALENTIN *Pfeffer Zellerfelda-Cheruscus.*

JUSTUS HENRICUS DEVENTER *Hildesiensis.*

SYLLO-



**SYLLOGE
PROPOSITIONUM
EX UNIVERSA MORALI
SCIENTIA SELECTARUM.**

CAP. I.

**De Præcognitis Moralis
Scientiæ.**

1. **Ethica est scientia activa.**
2. **Ethica est scientia honestè vivendi.**
3. **In Ethicis dantur demonstrationes.**
4. **Doctrina Ethica nititur principiis lumine naturæ cognitis.**
5. **Doctrina Ethica separatam à reliquis habitibus intellectualibus constituit disciplinam.**
6. **Genus Ethicæ scientiæ subjectum est actio moralis aut moralitatis capax, quæ talis.**
7. **Doctrina Ethica minus accuratè dividitur in tractationem de felicitate, de virtute, de amicitia & de voluptate.**
8. **Theologia & Jurisprudentia præsupponunt accuratam Moralis doctrinæ scientiam.**
9. **Omni homini jure naturali innexa est obligatio & cognoscendi & prosequendi id quod rerum agendarum optimum est.**

A

CAP.

De bonis & malis vitæ humanæ.

1. Omnis finis motionis est bonum aliquod.
2. Hæc definitio, *bonum est quod omnia appetunt*, non est accurata.
3. Boni formalis ratio posita est in *convenientiâ* cum naturâ ejus cujus bonum esse dicitur.
4. Bonorum vitæ humanæ alia sunt *interna*, alia *externa*.
5. Bona interna aut animi, aut corporis bona sunt.
6. Bona externa ad *internorum* vel *acquisitionem*, vel *conservationem*, vel *usum & perfectionem* pertinent.
7. Quoddam bonum externum internis præstantius est.
8. Bonorum vitæ humanæ gradus æstimantur ex gradibus convenientiæ cum naturâ humana.
9. Malorum natura, species & gradus ex naturâ, speciebus & gradibus bonorum cognoscuntur.
10. Unumquodque dogma definitivum actûs honesti aut turpis obligatorium est.

CAP. III.

De Summo bono & felicitate humana.

1. Inter summum vitæ humanæ bonum & beatitudinem aliquod discrimen videtur intercedere.
2. Summum vitæ humanæ bonum in operatione hominis optimâ & perfectissima consistit.
3. Operatio hominis præstantissima æstimatur non solum ex gradu potentiæ operantis; sed etiam ex gradu objecti operationis.

4. Præ-

3.
4. Præstantissimū operationis objectum est DEUS O. M.
5. Dei O. M. perfecta & cognitio & dilectio est præstan-
tiſſima hominis operatio.

6. Virtus hominis optima & perfectissima est habitus-
mentis & voluntatis humanæ menti voluntatique divinæ
conformatus.

7. Summum bonum naturale & supernaturale non ob-
jecto, sed gradu modoque operationis differunt.

8. Bona temporalia, divitiæ, potestates non quidem sunt
summum bonum, sunt tamen particulæ beatitudinis in
vita temporali.

9. Beatitudo in gradu perfectissimo nulli mortalium
potest obtingere.

10. Uti beatitudinis, sic & virtutis datur gradus inchoa-
tus, perfectus & heroicus; vitæque generum diversitas bea-
titudinis & virtutis differentias infert.

CAP. IV.

De intellectus humani operati- bus & habitibus.

1. Intellectio seu cognitio intellectualis est objecti intel-
ligibilis in mente seu intellectu representatio.

2. Cognitio alia est *apprehensiva*, e. gr. simplicium ter-
minorum & primorum principiorum; alia *discursiva*, nem-
pe conclusionum.

3. Intelligentia est habitus primorum principiorum.

4. Scientia est habitus conclusionum.

5. Uti res quæ sub intelligentiam aut scientiam cadunt,
sic & ipsi habitus intellectuales aut contemplativi sunt, aut
activi, aut effectivi.

4
Cap. iv. 6. Sapientia videtur esse complexus habituum intelle-
v. tualium.

7. Virtutem intellectualem doctrina parit, experientia perficit.

8. Rerum agendarum experientia scientia activa sociata prudentiam videtur constituere.

9. Prudentia est habitus directivus actionum humanarum in prosecutione boni & fuga mali.

10. Principia prudentiae divino & humano jure continentur.

11. Vera prudentia cum virtute morali sociata est.

12. Prudentia in unaquaque virtute morali & singulis singularum actionibus directorium obtinet.

13. Solertia est nativa intellectus practici promptitudo indifferens.

14. Prudentiae opposita sunt imprudentia & versutia.

15. Temeritas & praecipitantia sunt species imprudentiae.

C A P. V.

*De appetitu & voluntate humana,
ejus operationibus, operationum
principiis, differentiis, effecti-
bus & meritis.*

M E M B R U M I.

1. Appetitus sensitivus & voluntas sunt diversae in homines facultates.

2. Appetitus sensitivus in homine est rationalis per participationem.

3. Appetitus & voluntas actu prosecutionis non feruntur nisi in bonum cognitum.

4. AP-

4. Apprehensionem vel cognitionem objecti à sensu aut intellectu factam comitatur complacentia aut displicentia; prout objectum sub specie boni aut mali repræsentatur.

5. Appetitus operationes sunt prosecutio & fuga.

6. Voluntatis operationes sunt approbatio, improbatio, facultatem loquendi, & potentias locomotivas movere ad suos actus; ipsa rectæ rationis directioni subjecta est.

7. Voluntatis actus interni dicuntur *actus voluntatis eliciti*.

8. Deliberatio, sermo, motus localis sunt actus eliciti suarum potentiarum ex quibus procedunt, nempe intellectus, facultatis locomotivæ; sunt vero *actus imperati* à voluntate, quatenus ad ejus nutum fiunt.

9. Mulsæ cogitationes homini suboriuntur ante voluntatis consensum; & mulsæ inclinationes, propensiones, complacentiæ, displicentiæ ex præsentia certorum objectorum in animo surgunt, anteratiōnis advertentiam: Hique dicuntur *motus primo-primi*.

MEMBRUM II. De spontaneo, invito & actionibus mixtis.

1. Spontanea actio est quæ procedit ex appetitu agentis, præcedentia objecti cognitione.
2. Voluntaria actio est quæ ex cognitione circumstantiarum actus & liberâ voluntatis ad eam propensione oritur.
3. Invita actio oritur aut ex ignoratione circumstantiarum actus speciem constituentium; aut ex impedimento liberum voluntatis concursum excludente.
4. Metus gravis & omnis affectus vehementior actionem quodammodo *mixtam* efficiunt.

A 3

5. Actus

- 6.
- Cap. 7. 5. Actus *directe* voluntarius dicitur ratione principii
 M.3. propinqui, si hoc liberè agat; *indirecte* voluntarius dicitur
 ratione principii remotioris, si hoc liberè agens necessita-
 tem certi actûs sibi imposuerit.
6. Ignorantia est carentia cognitionis debitæ.
7. Cognitio ad actiones recte obeundas necessaria est
 tum juris tum facti.
8. Cognitionem juris suppletur tum moralis doctrina
 de officiis virtutum, justitiæ & amicitiae, tum lex & do-
 ctrina legum declarativa.
9. Cognitionem facti parit ocularis inspectio, & proba-
 tio ad fidem faciendam idonea.
10. Plena perfecta que facti cognitio juris scientiam in-
 cludit aut præsupponit.
11. Juris factique ignorantia aut est puræ negationis, aut
 pravæ dispositionis; aut vera aut simulata, & illa aut dolosa,
 aut culposa, aut inculpada seu invincibilis; & hæc demum
 revera invitam actionem facit.
12. Actionem dubiæ interpretationis subsequens volu-
 ptas aut dolor spontaneam aut invitam declarat.

MEMBRUM III.

*De circumstantiis actionum
 humanarum.*

1. Actio humana est omnis actio hominis voluntaria;
 sive sit actio voluntatis elicita sive imperata.
2. Circumstantia est habitudo causarum actionis.
3. Uti reliquorum effectuum, sic & actionum humana-
 rum quatuor sunt causæ; efficiens, materia, forma, finis.
4. Causa efficiens principalis continetur circumstantiâ
 QUIS?
5. Causa efficiens instrumentalis, QUIBUS AUXILIIS?
 6. Cau-

cap
M.

- 6. *Causa materialis*; CIRCA QUID?
- 7. *Causa finalis*; CUR?
- 8. *Causa formalis*, UBI, QUANDO, QUOMODO?
- 9. Ipse effectus indicatur per circumstantiam QUID?
- 10. Circumstantiarum differentiae sunt innumerabiles; praecipuae desumuntur ab ipsarum natura, qualitatibus, vi & potestate.
- 11. Circumstantiae aliae sunt *specificativae* actionum humanarum; quae sc. earum formam aut genericam aut specificam constituunt.
- 12. Quaedam sunt circumstantiae *alterativae* actus, quae actuum sive negotiorum differentias accidentales constituunt.
- 13. Quaedam sunt circumstantiae *indifferentes* in genere morum, & quod juris ad factum applicationem attinet.

MEMBRUM IV.

De speciebus actionum humanarum.

- 1. Species actionum humanarum naturalis ac civilis ratio constituit.
- 2. Formae & species actionum ex earundem causis & circumstantiis consistunt.
- 3. Formae & species actionum ad earundem merita recte dijudicanda introductae sunt.
- 4. Finis dat mediis & actionibus ad finem ducentibus modum & mensuram.
- 5. Inter finem & actiones ad finem ducentes perpetua est convenientia; ita ut finis rectae rationi conformis non nisi actionibus rectae rationi consonis possit obtineri.
- 6. Voluntaria actio aut indeliberata est, aut deliberata.
- 7. Deliberata vocatur actio consilio deliberato suscepta.
- 8. Omnis actio voluntaria, quae ad aliquod genus virtutis aut vitii moralis pertinet, dicitur *actio moralis*; & quae

8.
Cap. v. quæ illuc reduci non potest, dicitur *actio indifferens*.
M. 5. 9. Omnis actio moralis habitum moralem aut procreat
aut ab eo procreatur.
10. Actionum habituumq; moralium genera, species,
ac differentia exiisdem causis procedunt.

MEMBRUM V.

*De principiis actionum hu-
manarum.*

1. Principia actionum quædam interna sunt, quædam externa.
2. Actionis voluntariæ principia sunt *potentia & voluntas* agendi.
3. Ad potentiam agendi pertinet quoque *scientia* rerum agendarum.
4. Agendi rationes divino & humano jure continentur.
6. *Conscientia* est applicatio agendi rationum ad ipsas actiones, in timore Dei.
7. Voluntas per *affectus* excitatur ad actiones, per *scientiam* rerum agendarum dirigitur, per *habitum* determinatur.
8. Affectus animi oriuntur ex cognitione boni aut mali; Hanc cognitionem immediate excipit voluptas aut dolor, seu *complacentia* aut *displicentia*: Huic apprehensioni jucundæ aut ingratae si animus statim inhæret, inde nascitur *affectus precipitatus*; sin verò recta ratio interveniens illam apprehensionem examinet ad regulam honesti, & hujus dictamini sese conformet affectus, in actum deliberatum transire videtur.
9. *Mores* sunt voluntatis propensiones ad actus honestos aut turpes.
10. Mores per educationem formantur; oratione & facto produntur.
11. Habi-

11. Habitus moralis est promptitudo voluntatis ad actus honestos aut turpes.
12. Omnis habitus moralis est progenitor actionum proaereticarum, sive ex antegressa deliberatione proveniunt.
13. Actionis deliberatae principia sunt, intentio, *deliberatio* & electio.
14. Intentio est efficax applicatio voluntatis ad certum finem ab intellectu cognitum.
15. *Deliberatio* est inquisitio tum mediorum ad finem, tum modi illa media applicandi ad obtinendum finem propositum.
16. *Electio* est deliberata appetitio eorum quae in nostra sunt potestate.
17. Oportet rationem veram esse, & appetitionem rectam, ut electio moraliter bona sit. Arist. *vi. Nicom. c. 2.*
18. Objecta externa movent sensus; inde affectus nascuntur originem habent, quibus tamen recta ratio modum praescribit.
19. Suggestio, suasio, iustus & imperium inter principia actionum humanarum numerantur.

Cap. 1
M. 5. 6

De Voluptate dolore & affectibus.

MEMBRUM VI.

1. Operationes sensuum, intellectus & voluntatis cum versantur in objecto quod vel sensus, vel mens bonum seu conveniens iudicat, ipsam hanc operationem & ipsam hanc actionem comitantur complacentia & voluptas; Cum vero eadem operationes in objecto potentiae suae inconveniēti versantur, hanc perceptionem inconveniētiā comitantur duplicentia seu dolor.

2. Convenientiam ac disconveniētiā rerum cum natura

B

30
Cap. 7. *vera humanâ sensus incorruptus & recta ratio possunt de-*
M. 6. *prehendere: Et uti bonum aliud verum aliud putativum,*
sic & voluptas alia est licita, quæ ex bonis veris, alia prava
quæ ex bonis putativis hauritur.

3. Nullius potentiae operatio voluptatem aut dolorem
habet comitem, nisi quatenus sensus aut mens operationem
percipit, eamque aut congruam aut incongruam judicat.
Signum hujus rei est tum in illis qui in affectu vehementi po-
siti læduntur; primo enim ictu dolorem non sentiunt; tum
in illis qui soporifera sumserunt, ut e.g. calculus vesicæ eximi,
aut membrum putridum sine impedimento abscindi possit.

4. Voluptas est affectio operationi potentiae cognoscentis
ex perceptione rei convenientis superveniens.

5. Dolor est affectio operationi potentiae cognoscentis
ex perceptione rei inconvenientis superveniens.

6. Voluptas pura comitatur actiones ex habitu prove-
nientes.

7. Voluptas mixta est actionum quæ habitum antecede-
dunt.

8. Habitus operativus & objectum idoneum efficiunt
operationem non impeditam, & puræ voluptatis capacem.

9. Dolor operationi supervenit aut ex potentiâ operandi
habitu destitutâ, aut ex objecto operationis incongruo.

10. Affectus est commotio appetitus humani orta ex
cognitione boni aut mali.

11. Voluptas & dolor sunt affectuum progenitores, co-
mites & pedisequæ.

12. Simplicissimi affectus sunt amor & odium: ille nasci-
tur ex complacentia rei & apprehensione jucundâ; hoc ve-
rò ex displicentia rei & apprehensione ingrâtâ.

13. Ex amore, concupiscentia, spes & lætitia nascun-
tur.

14. Ex

14. Ex odio nascitur iratus & tristitia
15. Ira est affectus ex odio rei noxiae
16. Bona & mala vitæ humanæ sunt objecta animi
MEMBRUM VII.
De habitibus moralibus & gradibus, prout regulantur

1. Actus morales sunt operationes voluntatis occupatæ circa bona & mala sunt principia & objecta habituum moralium.
2. Affectus & actiones voluntariæ occupatæ circa bona & mala sunt principia & objecta habituum moralium.
3. Habitus in animo generatur per uniformitatem actuum moralium.
4. Habitus in animo generatur per uniformitatem actuum moralium.
5. Habitus in animo generatur per uniformitatem actuum moralium.
6. Habitus in animo generatur per uniformitatem actuum moralium.
7. Habitus in animo generatur per uniformitatem actuum moralium.
8. Habitus in animo generatur per uniformitatem actuum moralium.

Actus in bono consistit in bono actus, & bonitas consistit in conformitate circumstantiarum ad rationem honesti actus definitivam.

Cap. 7. 11. Bonum agentis consistit in intentione & proposito

M. 7. honesto.

12. Perfecta moralis pravitas consistit in malo actus & malo agentis.

13. Malum actus consistit in discrepantia circumstantiarum actus à regula honesti definitivâ; vel in conformitate earundem cum regulâ turpis actus declarativâ: Quippe jus civile declarat quoque formas ac species delictorum, non ad imitationem, sed ad hunc effectum ut cuiq; pœna congrua possit irrogari.

14. Malum agentis consistit in intentione ac proposito malo.

15. Actiones quæ habitum moralem antecedunt, habent bonum vel malum, cum actus tum agentis, in gradu inferiori; quæ verò ex habitu procedunt habent utrumq; in gradu eminentiori.

16. Habitus moralis consummati est, proponere & cum voluptate exequi actum proposito congruum.

17. Virtutis inchoatæ proprium est proponere sibi actionem honestam, eam tamen cum dolore exequi.

18. Incontinentiæ minus exorbitantis proprium est, propositum quidem honestum capere, sed ab affectu indomito inde dimoveri.

19. Incontinentiæ magis exorbitantis est omnia cœco impetu proponere & exequi.

20. In habitu morali ratio falsa est, & voluntas depravata.

21. Prava educatio & conversatio gignunt habitum vitiosum: Adeo à teneris adsuescere multum est.

22. Heroica virtus in excellenti nativâ indole à singulari Numinis favore, disciplinam insignem & occasionem magnarum rerum largiente, producitur.

23. Ha-

... medio rati
attinet,
contra

23. Habitudo
tionis enormi, prae
24. Actuum beatissimum
naturam

conficitur
quod
in appetitione
obiectum actionis
voluntas est violenta

De effectu & meritis actionum moralium.

- 1. **Meriti** in iudicio denotat illas facti fortitudines, quae ex dispositione iustitiae debentur, aut absolutiora sententiam in iudicio denotat, quae ex dispositione moralium virtutum debentur.
- 2. **Effectus** actionum moralium iustus potest meriti in iudicio denotare.
- 3. **Actio moraliter bona**, tam interna quam externa, si ipso agente parit bonam conscientiam, quae homo iudicari actionem a se gestam, et quod voluntatis divinae conformis sit, Deo quoque gratam accipiamque.
- 4. **Actio moraliter mala**, quae non ex habitu vitioso, sed ex incontinentia oritur, in agente parit malam conscientiam, quae homo iudicari actionem a se gestam, et quod voluntatis divinae placito repugnet, Deoque ingrati animi esse; & hanc conscientiam committatur animi agens, & terror ex divinitus imminente vindicta.
- 5. **Actio qua solummodo habet bonam** aut malum posita aut imposita, aut vituperium, haud imputatur, si agentis iudicium inconsiderati, si ex ignorantia quae non imputatur, si ex ignorantia quae non imputatur, si ex ignorantia quae non imputatur.

Cap. v. majorem aut minorem continent, prout actio magis aut minus fuit voluntaria.

M. I. 8. Virtutum intellectualium & moralium operationes ad temporalis felicitatis complementum pertinent.

9. Virtutum operationes aliæ parant, aliæ conservant aliæ præsupponunt rerum quibus vita sustentatur sufficientiam.

10. Prudentia & virtus moralis regunt appetitum rationalem in prosecutione boni, & fuga mali.

11. Omnes ac singulæ virtutes, tam theoreticæ quàm practicæ, ad societatis civilis ejusque partium salutem & felicitatem ordinantur.

12. Omnis cognitio ex instituto naturæ ultimò ad actionem referenda est; videlicet creaturarum contemplatio ad gloriam creatoris agnoscendam & celebrandam; vitiorum & malorum contemplatio ad eorum detestationem & fugam.

C A P. VI.

De virtutum moralium generibus & speciebus.

M E M B R U M I.

De justitia universali.

1. Omnes ac singulæ virtutes morales sub uno genere justitiæ universalis continentur.

2. Ut in omni virtute morali, sic & in justitia universalis dominatur ratio dirigens & appetitus seu voluntas obtemperans; Earundemque actionum & illa est directiva & hæc susceptiva.

3. Objectum præstantissimum intellectus idem est præstantissimum voluntatis

4. Ju-

Cap. vi. 10. Idem virtutis actus plures habere potest respectus;
 M. 1. 2. dum scilicet consideratur tanquam perficiens animum
 agentis; tanquam proximo, si non & re, saltem exemplo
 utilis; tanquam boni cujusdam in Republ. operativus; tan-
 quam legis civilis præscripto & voluntatis divinæ placito
 conformis: Actus autem vitiosi totidem contrarios ha-
 bent effectus & respectus. Usque aded enixe fugienda est
 improbitas, virtus verd amplectenda.

M E M B R U M II.

*De Temperantia ejusq; speciebus
 & extremis.*

1. Sub genere Temperantiæ continetur Frugalitas, So-
 brietas & Castitas.
2. Frugalitas consistit in usu cibi ad naturæ conservatio-
 nem moderato.
3. Excessus frugalitatis voracitatem & luxuriam conti-
 net; illa & in vilioris cibi quantitate; hæc in varietate &
 raritate ciborum modum excedit.
4. Sobrietas in potûs inebriandi vim habentis modera-
 to usu versatur; ad naturæ conservationem & recreatio-
 nem.
5. Computationibus vel certare vel tempus fallere est
 excessus sobrietatis.
6. Voracitatis & luxuriæ & erapulæ cum naturâ huma-
 nâ pugnam, & frugalitatis ac sobrietatis eum ea conveni-
 entiam ipsa experientia satis demonstrat.
7. Castitas virginalis consistit in omnimodâ Veneris ab-
 stinentiâ, ex animi proposito & habitu virtutis.
8. Castitas conjugalis consistit in usu Veneris moderato
 secundum leges conjugii.

9. Omnis

Cap. VI. datione vel erogatione pecuniæ & rerum utilium, tum in
M. 3. liberali acceptione doni liberaliter oblatis.

4. Cum illiberalem esse, ut & alias peccare, liceat multis modis; liberalem esse, & in universum recte agere, uno tantum modo licet, nimirum operam dando ut actus destinatus & personæ, & rei & loco, & tempori, & causæ propter quam fit, sit conveniens: ac vel uno horum neglecto, actus à morali rectitudine declinat.

6. Excessus liberalitatis consistit in *prodigalitate*, quæ est pecuniæ rerumve utilium profusio, non habitâ ratione vel *patrimonii*, in cuius fundo sera parsimonia; vel *personæ* in quam pecunia effunditur; vel *causæ* propter quam, v. g. si in aleam, in lusum chartarum, in res obscenas, nugatorias &c. impensa fiat; vel ipsius rei & *quantitatis*; vel *loci* & *temporis*, si hæc potius ostentationem quàm animum liberalem & beneficium arguant.

7. Defectus liberalitatis consistit tum in agrestî recusatione doni liberaliter oblatis; tum in tenacitate & parsimonia personæ, tempori & loco indecorâ; tum in qualibet avaritiâ & pecuniæ ultrâ vitæ necessitates cumulandæ studio.

8. Officiositas est promptitudo animi benevoli in liberali præstatione officiorum quæ alteri grata acceptaque cognoscuntur.

9. Defectus officiositatis est rustica inhumanitas, qua nec pro oblato precio aliis in casu necessitatis officium exhibetur.

10. Excessus officiositatis est aut adulatoria, aut ambitiosa, aut captatoria sedulitas in officio alteri præstando.

11. Magnificencia est virtus in magnis sumptibus mediocritatem servans.

12. In

ordina-

CAPITULUM

per im-

fectatio:
qua
tempori

12. In privata pariter arque eminenti sortit
 13. In excessu magnificentiae modum praeribitum
 14. In defectu Magnificentiae opponitur luxus
 est parifimonia: expensarum opponitur Sordid
 & loco congruentium.

MEMBRUM IV.
De ambitione & modestia

1. Personis in publica dignitate possis indeconum
 tempore & loco convergenti aspernari honorem suae
 ditioni debitum.
2. Imperium gerentibus ad auctoritatem tuendam
 cessarium est usurpare & vindicare honorem sibi
 gratum.
3. Privatae sortis homines ad bonam existimationem
 bene merendi facultatem parandam licite affectant hono
 rem suae virtuti congruum.
4. Modestia est in tempore & loco, ubi citra laesione
 existimationis fieri potest, negligere honorem suae condi
 tionis debitum.
5. Animi elatio est affectare aut usurpare honorem suae
 conditione ampliore.
6. Animi abjectio est extra casum necessitatis negligere
 re honorem sibi debitum.

MEMBRUM V.
De mansuetudine eiusque extremis.

Mansuetudo est virtus inter moderatam. 2. Omnis
 C 2

20.
Cap. VI. 2. Omnis contumelia, omnisque turpitudine in animis
M. 6. 7. honestati addictis naturam provocat indignationem & iram.

3. Tres dantur iræ gradus; 1. *in animo* mentis tumor, appetitus fervor, animi indignatio: 2. *in voce & vultu*, atrocitas, clamor, minæ; 3. *in facto* summus iræ gradus, violatio, læsio.

4. Imperium gerentes subditorum suorum vitæ, aliisve Rempublicam suæ fidei commissam damno aut contumeliâ afficientibus ex officio debent irasci.

5. Iracundia est animi ad iram præcipitatio: unde profluunt verba & facta austerâ, contumeliosa, atrociâ.

6. Lentitudo est abstinentia iræ, in eo qui potuit ac debuit irasci.

MEMBRUM VI.

De fortitudine ejusque extremis.

1. Fortitudo est promptitudo animi in periculis & laboribus honestatis gratia prudenter suscipiendis & perferendis.

2. Audacia est affectatio periculi vanæ ostentationis, aut lucri, aut voluptatis, aut vindictæ gratiâ.

3. Timiditas est trepidatio & fuga periculi, quod honestatis gratia subeundum erat.

4. Ignavia est fuga laboris ad honestas actiones necessarii.

5. Semivirtus quæ fortitudini respondet vocatur *Tolerantia*, periculi & laboris cum appetitus ægritudine conjuncta susceptio.

MEMBRUM VII.

De magnanimitate.

1. Magnanimitas magnos in omni virtute profectus suppo-

qualibet Cap. 7. 1. 8.

animus;
se omni
mode
neque
ill.
uales

1. *Super omnia est virtus activa: eius quicquid i virtute exitum est; declinando tamen arroganti illanimitatis scopulos;*
2. *Maxime quidem in honoribus versatur magis nihilo tamen minus & in divitiis, & potentibus profusa & adversa fortuna, utcumque contigerit in adversis rebus iustitia premarur. Aristot. 11. Nic*
3. *Magnanimitas erga Deum submissus est, erga graves, erga inferiores moderatus ac venerabilis.*
4. *Magnanimitati in excessu opponitur arrogantia & superbia simpliciter admittant; aliorum*
5. *Pulsanimitas non instructus in rebus dignitate mat; & in adversis querula est ac desperabunda.*
6. *Homo virtute non instructus in rebus prosperis, in adversis timidus esse consuevit.*

De virtutibus homileticis.
M. E. M. B. R. U. M. I. I. X.

1. Homiletica virtus & conversandi prudentia non inferior quam cetera virtutes dignitatis gradum obtinet.
2. In omni conversatione palmam obtinet sermonis gestusque concinnitas.
3. Non animatum duntaxat, sed sermonem gestumque & quicquid in aliorum notitiam potest incurrere, bene moratum esse convenit.
4. Sermonis prudentia est omni virtute in primis pro-imprudencia vel ex uno vivo eucecit.
5. In feriâ pariter & jocosâ conversatione in primis pro-videndum est, ut forma virtutum aliquod inesse moribus videndum est, ut forma virtutum aliquod inesse moribus prudentis tamen quoque est in familiari conversatione

de Offic. lib. 1.

et.
Cap. VI. tione virtutem in animo potius reconditam, quam in lin-
M. 8. guâ expositam ostendere.

7. Adolescentem non nisi modesta decet oratio.

8. Senibus placida omnia & ordinata conveniunt.

Plin. lib. III. Epist. 1.

9. Familiarem sermonem suavis, publicum gravitas commendat.

10. Sermonem cujusque de seipso ornat modestia, jactantia & versipellis dissimulatio contaminant: Est autem versipellis dissimulatio, quæ parva & manifesta sermonem occultat.

11. Veracitas est virtus unumquodque, quod eadem ex conversationis necessitate, aut pro negotii quod geritur conditione dicendum est, ex animi sententiâ dicendi.

12. Importunæ interrogationi ingeniosâ dissimulatione occurrendum est.

13. Garrulitas aut *jactabunda* est, aut *futilis* & nugatoria, aut *obtrudatoria*.

14. Comitatus est sermonis & gestus ad alium sibi devinciendum prudenter comparata suavis.

15. Comitatus excessus est adulatio, indecorum suæque existimationis ac reputationis prodigium aliis placendi studium.

16. A comitate in defectu recedit *morositas*, seu morum & sermonis ad querelas, rixas & contentiones prona austeritas.

17. Urbanitas est jocandi jocumque audiendi dexteritas.

18. Jocus est dictum factumve hilaritatis risusve excitatorium.

19. Non nisi in conversatione ad corporis animive recreationem institutâ hilaritas, risus & jocus locum inveniunt.

20. Jo-

tales ac fa-

agrestis
ordax, &
verecun-


CAP. VII
M. P. V. V.

Portuna
reatio.
vio.

20. Jocus & risus non nisi in personis equi-
 21. Jocus concinne frequentatur.
 22. Jocus ingeniosus & innocens, ex urbanitate
 23. Jocus ingeniosus & innocens, ex urbanitate
 24. Jocus ingeniosus & innocens, ex urbanitate
 25. Jocus ingeniosus & innocens, ex urbanitate
 26. Jocus ingeniosus & innocens, ex urbanitate
 27. Jocus ingeniosus & innocens, ex urbanitate
 28. Jocus ingeniosus & innocens, ex urbanitate
 29. Jocus ingeniosus & innocens, ex urbanitate
 30. Jocus ingeniosus & innocens, ex urbanitate

De Justitia Particulari.
 MEMBRUM I.
 De Justitia distributiva.

1. Justitia distributiva est virtus moralis ad rectam ho-
 norum, commodorum, & onerum civilium distributio-
 nem ordinata.
 2. Justitia distributiva subjectum activum est persona
 quae distribuit, subjectum passivum sunt personae quibus
 distribuitur. Objectum externum sunt res quae in distribu-
 tionem cadunt; nempe, ut dictum, commoda ac onera
 civilia; sub illo genere comprehenditur honor, isque vel
 titularis, vel realis & cum potestate officii publici conjun-
 ctus; 2. *salaria* magistratum & officialium; 3. *praemia*
 de Republ. praecclare merentium; 4. *immunitates* & vacan-
 tes munerum. Sub genere onerum civilium continentur
 onera aliaque *munera publica* tum *realia* tum *personalia*



24.

Cap. VII *lia tùm mixta*, vid. l. 18. ff. de muneribus & honoribus. Ob-
M. I. jectum *medium* est ipse distributionis actus.

3. *Rectitudo* distributionis consistit in ejus æqualitate juxta geometricam proportionem constitutâ, & statui Reipubl. conformatâ.

4. *Justitia* distributiva servat *medium rei*, constitutum geometricâ ratione, quæ personarum *dignitatem, capacitatem, aptitudinem* aut *merita* respicit, eorumque gradibus rem tribuendam exæquat.

5. *Mensura* & ratio tribuendorum honorum & potestatis administrandæ Reip. vocatur *dignitas civilis*; quæ consistit in virtute & prudentiâ, iisque personarum qualitatibus quæ fiduciam afferunt optimæ voluntatis erga præsentem Reip. Statum.

6. In statu *Democratico* cives qui populari libertate gaudent; in statu *Oligarchico* divites & patricii; in statu *Aristocratico* optimi & prudentissimi cives aptiores existimantur gerendis honoribus.

7. Potestati administrandæ Reip. adjungendus est *honor* & splendor externus, ad conciliandam auctoritatem; & *proventus annuus* sive salarium, ad vitæ sustentationem magnificentiamq; dignitati congruam.

8. Præmiorum & immunitatum *mensura* in qualitate & gradibus *meriti* consistit: Onerum *mensura* est *modus* facultatum & personæ conditio.

9. *Justitiæ* distributiivæ opponuntur duo extrema, alterum in excessu, cum personæ incapaci & indignæ honor supra dignitatem confertur; alterum in defectu, cum viri honore digni relinquuntur inhonorati: Et utrumque extremum quo latius evagatur, eò Reipublicæ existit periculosius.

10. Ini-

10. Iniquæ distributiones aut ex imperitiâ, aut
cipitantiâ, aut ex amore odiove inordinato prov-
eniunt.

Cap. IV
M. 24

De Justitia commutativa
MEMBRUM II.

1. Justitia commutativa est virtus directiva c-
tionum.
2. Subjectum activum in commutationibus su-
nae inter quas commutatio existit.
3. Objectum justitiæ commutativæ externum su-
facta, quibus vitæ humanae indigentia expletur
ctum medium sunt ipsi actus commutatori-
4. Commutationum recitudo in rerum & operum
commutandarum æqualitate consistit, nunc & operum
5. Justitia commutativa servat medium rei, constitutum
juxta æqualitatem rectam requiruntur 1. personarum
analogicam, prout fert commutationis indoles.
6. Ad commutationem rectam voluntatem instru-
habiles, i. e. quæ habeant facultatem & voluntatem instru-
quod in potestate commutantium est positum. 3. modis
commutationis rectæ rationi congruus, quo facultas & vo-
7. Ex intentione ac proposito commutantium, aliæ
undantiâ, hæc ex indigentia bonorum proficiuntur. Illæ ex ab-
8. Gratuitæ commutationes ad gratiam referendam ac-
cipientem obligant; licet danti efficaciter juxta creditam haud
conferant.
9. In commutationibus onerosis plerumque stricta haud
qualitatis ratio, nullo personarum respectu.
10. Com-

10. Com-

Cap. VII
M. 2.

10. Commutationes licitæ utriusque commutantium consensu perficiuntur.

11. Commutationum aliæ factæ ipso, aliæ intentione peraguntur; veluti *conventiones* de dando aut faciendo; unde nascuntur *obligationes*, quarum adimpletio nunc amicam, nunc mutuo paciscentium consensu definitam habet dilationem.

12. Commutationes quæ dicuntur invitæ naturali defectu laborant.

13. Conventiones super factæ illicitæ invitæ eò dicuntur invitæ, quod lege prohibente fiunt.

14. Commutationes, alias licitæ, ex parte objecti sæpe numero iniquæ existunt, dum non servatur datorum redditorumque æqualitas.

15. Justitiæ commutativæ extrema in uno eodemque actu continentur, quippe ex quo alter plus, alter minus habet, contra legem conventionis.

16. Læsiones inferuntur aut *animis*, per corruptelam, scandalum; aut *corporibus*, per vulnera, percussiones, molestiones; aut *fortunis* per furtum, rapinam, defraudationem, injustam detentionem rerum alienarum &c. aut *existimationi*, per detractionem, contumeliam, &c.

17. Causa ex quâ præeligant homines nocere & mala committere contra legem, *vitium* est atque *incontinentia*: si qui enim improbitate laborent, aut unâ aut pluribus, *in eo in quo improbi sunt, etiam injusti sunt*; ut illiberalis in pecuniis; intemperans in corporis voluptatibus; mollis in desidia, timidus in periculo &c. Aristot. *I. Rhetor. c. X. n. 5. 6. seqq.*

18. Omnis seu involuntaria seu voluntaria à legum & honestatis tramite digressio aut re aut exemplo noxia est;

Hæc

Hæc tamen posterior sola reatum continet. Et reatum
linguentis ad poenam sustinendam obligatio.

De *Justitia correctiva*.

1. Ad justam injulorum actuum correctione
pars justitiae particularis ordinata est.
2. Omnis actio injulorum
nis peræquationem continet; aut poenæ irrogat
nem, vel intentionem averlionem; aut poenæ irrogat
3. Iniquarum distributionum; quæ tamen in Rebus pp. no. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.
4. Honores ac bella interstina præcavenda
sentim detrahendi sunt; aut, quando hoc periculosum, cautio
ad æqualitatem pervenitur.
5. Iniqua vel distributio vel commutatio corrigenda
tem in constituendo successore major adhibenda cautio
6. Qui dolo aut culpâ alteridammum intulit, ad ejus re-
stitutionem naturali jure est obstrictus, aut quacunque alia ratione
7. Dolosa læsio æstimatur ex intentione ac proposito
lædentis.
8. Culpâ quoque est immiscere *feret* ad se non pertinenti.
negotii adhiberi debet.
9. Culpâ quoque est immiscere averlionem aut dati re-
stitutionem naturali jure est obstrictus, aut quacunque alia ratione
10. Ad damni aut immisionem delictorum ordinata
rationem obtinendam ordinata sunt causarum civilium
Publicam coërcitionem delictorum ordinata
12. Omnis



Cap. vi. 12. Omnis coërcitio est actus imperii: & prout hoc aut
M. 8. privatum aut publicum, sic coërcitio aut privata est &
 domestica, aut publica.

13. Coërcitio est aut *verbalis*, aut *realis*, illa fit reprehensione, objurgatione; hæc verò continet poenam positivam, aut privativam; i. e. aut mali immiſſionem, aut boni ereptionem.

14. Coërcitio vel poena temporalis plures potest habere fines, & quosdã coordinatos; 1. emendationem delinquentis; 2. exemplum quod alios ab imitatione deterreat. 3. remotionem hominis noxii è societate, ad hujus & membrorum ejus incolumitatem, tranquillitatem & honestatem, & imperantis dignitatem asserendam; 4. administrationem justitiæ, ut quisque consequatur quod meruit.

15. In æstimatione delicti inspicienda est 1. persona delinquentis, & animus ex quo delictum processit; 2. persona contra quam delinquitur. 3. læsio ipsa, ratione subjecti, objecti, quantitatis, modi, loci & temporis.

16. Omnis aberratio ab honestatis & juris præscripto peccaminosa est; cum sit violatio obligationis quã ad actus honestos seu juris præscripto conformes omnis homo naturali jure adstringitur; quæ quidem obligatio ipso actu afficit & excitat conscientiam illius qui per ætatem & corporis constitutionem ab usu mentis non alienus est: unde tali homini omnis ab honestate digressio ad culpam imputatur; utique si scire potuit. id quod forte ignoravit: gravior tamen est ejus culpa qui ex affectu & non ex ignorantia peccat; gravissimus verò est reatus in illo qui proposito delinquit.

17. Et hætenus quidem omne delictum ex petulantia aut animo improbo admissum, licet unice consideretur tanquam actus ab honestatis & juris præscripto ex proposito

fito declinans, gravissimum est: Habito tamen respectu ad Cap. VII
 objectum suum speciale, quatenus nempe aliud nec bona M. 3.
 fortunasque, nec corpus, animumve, nec famam, digni-
 tatem aut vitam alterius lædit, aliud verò horum aliquod
 affligit, quædam leviora quædam graviora, ac proinde
 poenam aut leviozem aut graviozem mereri reputantur.

18. Delictorum igitur alia verbali alia reali coërcitione
 plectenda sunt; & tantâ unumquodque quanta satis est ad
 obtinendum finem qui pro naturâ & qualitate delicti uni-
 ce, aut potissimum spectandus venit.

19. De actionum juris præscripto conformium aut re-
 pugnantium meritis tum demum iudex rectè pronuncia-
 bit, cum institutâ causæ cognitione ipsa causæ merita per-
 spexerit: modus autem seu ratio pandendi merita causa-
 rum *processu forensi* continetur.

20. Uti distributio & commutatio, sic etiam actus cor-
 rectorii aut consistunt in mediocritate rectâ ratione defini-
 tâ, aut ab eâ per modum vel excessus vel defectus decli-
 nant.

21. Iudex in justitiæ administratione servat mediocrita-
 tem instituendo *cognitionem* causæ ad ejus merita demon-
 stranda sufficientem; *pronunciando* sententiam causæ me-
 ritis conformem; eamque ad *executionem* perducendo.

22. Tam festinatio quàm procrastinatio nimia in causæ
 vel cognitione, vel decisione, vel sententiæ executione est
 noverca justitiæ.

CAP. IIX.

De Societate, Jure & amicitia.

D 3

MEM.

De origine definitione & causis Societatis, juris ac amicitiae.

1. Homo ad societatem à naturâ productus est.
2. Multiplex vitæ humanæ indigentia auget homini & conservat societatis colendæ instinctum.
3. Societas est conjunctio personarum ad communionem officiorum instituta, boni alicujus gratiâ.
4. Subjectum Societatis sunt *personae*; objectum sunt *officia socialia*, proportionata fini societatis, ad quem obtinendum ordinantur: Finis autem ille est *bonum* aliquod, idq; aut acquirendum, aut conservandum, aut fruendum, aut communicandum.
5. Formalis ratio societatis est ipsa illa personarum habitudo, quâ ad officiorum socialium communionem sunt conjunctæ, & vi illius conjunctionis obstrictæ; quæ tamen obligatio non est ipsa forma, sed formalis effectus dictæ conjunctionis.
6. Obligationis, qua socii ad communionem officiorum socialium adstringuntur, fundamentum proximum est jus, i. e. ratio declarativa ac directiva officiorum socialium; fundamentum remotum est ipsa conjunctionis ratio.
7. Societatis causa efficiens est ipsa Natura, rationis & voluntatis humanæ concursus in nonnullis antevergens, in nonnullis consequens; hinc aliæ societatum naturales, aliæ consensuales: prioris generis est Societas inter Deum & hominem: Societas generis humani; Societas paterna; Societas fraterna: Posterioris generis sunt societates quæ in conventionem pactoq; expresso aut tacito consistunt; quarum tamen & illæ naturales appellari consueverunt quæ ex singulari naturæ

turæ instinctu ad humanæ naturæ conservationem incuntur; veluti conjugalis ac civilis.

Cap. iix
M. i.

8. Societatis nomen æquivoce competit conjunctionibus inhonestis ac probrosis; cujusmodi sunt conspirationes, latronum, furum, saculariorum congregationes; Comptatorum, aleatorum, scortatorum conciliabula.

9. Societas, uti in ipsa personarum conjunctione consistit; uti à jure, quod ex conjunctionis ratione fluit, ad finem suum disponitur & excitatur; sic mutuam sociorum affectionem, juris illius præscripto sese conformante permansionem ac finem suum adipiscitur. Et hæc est *Amicitia*, quæ haud inconcinne describitur *mutua benevolentia, non latens, i. e. officii ipsoque actu declarata*: Triaque illa semper sunt conjuncta, *in iisdem personis, circa idem objectum, ad eundem finem* tendunt Societas, Jus & Amicitia. Aristot. *IX. Nicom. c. IX.*

10. Omnis societas in ipsa ratione conjunctionis suæ, qua constat, complectitur imperandi & parendi ordinem: quippe *definitio officiorum* quæ peragenda sunt, *instar imperii* habet; ipsa *executio officiorum* definitorum, est *instar partitionis*: Evidentior tamen est ille imperandi & parendi ordo in societate domesticâ ac civili, & cum primis in exercitu bene instructo.

11. In eadem societate viventium inimicitia ac litigia societatis officia quidem impediunt & turbant, non tamen ipsum vinculum resolvunt; hoc enim quâ auctoritate colligatum est, eadem resolvi debet.

12. Officia socialia, ad quorum communionem societas seu personarum conjunctio instituta, sunt ipsi actus virtutum antea definitarum; & ipsi illi actus quatenus ex mutua benevolentia habitu, aut, si minus, affectu inter societatis membra exercentur, amicitia officia evadunt:
Qui

Cap. IIx Qui tamen actus virtutum ita se habent, ut pro aliâ atque
 M. 1. aliâ societatis indole, nunc hujus nunc illius virtutis officia
 primario & principaliter intendantur: veluti in consocia-
 tione ad recreationem institutâ, affabilitas, comitas atque
 urbanitas, unâ cum iis quæ licitam corporis animique de-
 lectationem continent, principem tenent locum: in socie-
 tate vel collegio opificum solertia, sedulitas, frugalitas,
 concordia, æqualitatis studium: In societate negotiato-
 riâ commutationes & contractus; in societate paternâ ad-
 monitio, institutio, beneficentia, correptio, & alterâ ex par-
 te modestia, reverentia, veneratio, obsequium dominan-
 tur; hæc verò sunt officia prudentiæ, scientiæ, liberalitatis,
 justitiæ: In societate civili pro re natâ omnis generis vir-
 tutum officia exiguntur: Usque adeo nulla est virtus quæ
 non sit socialis seu ad societatis conservacionem ac finem
 idonea: nullum vero vitium quod non sit societatis aut de-
 formativum, aut destructivum.

13. Cum in omni hominum societate vitia sint donec
 homines, hinc multiplex officiorum socialium, juris &
 amicitiae neglectus: Et siquidem in singulis alicujus socie-
 tatis membris par sit negligentia, societas illa saltem dicis
 gratia ita dicitur: Sin aliqui officium suum faciant aliqui
 non faciant, querelæ & expostulationes oriuntur; quæ nisi
 vel amicâ compositione vel judiciali auctoritate sopiantur,
 societatis aut desertio aut everasio imminet.

14. Perfectum jus tum officia socialia primaria seu pri-
 mi generis, quæ ad finem societatis *rectè* ducunt, tum actus
 injusti correctivos, qui ad conservacionem societatis *per*
indirectum tendunt, complectitur. vid. Aristot. VII. *Politic.*
c. XIII. τὸ μὲν γὰρ ἐπιχειρῆσαι καὶ τὸ ἀποκαταστήσειν τὸ κατὰ τὴν ἀρετὴν ἔστιν ἡμετέρας, αἱ τοιαῦται δὲ πράξεις,
 τὰς αἰτίας καὶ τὰς ἀποκαταστήσειν τὸ ἀγαθὸν εἶναι καὶ ἀποκαταστήσειν, alterum enim est
 malum tollere; alterum verò procurare & efficere bona & con-
 venientia. MEM-

De speciebus, coordinatione & subordinatione societatum, juris & amicitiae.

1. Juris & amicitiae species per omnia conformes sunt societatum speciebus: ideoque quod de uno horum dicitur, de altero quoque dictum intelligi debet: cum tria illa in iisdem versentur, & aequales habeant progressionem. Aristot. *Nicom. c. ix. cap. xi. pr. & cap. xii. in fin.*

2. Prima divisio societatum ab objecto seu qualitate officiorum, ad quorum communionem instituta consociatio, desumpta est; quam perinde dixeris desumptam à fine, utpote qui in illa officiorum qualitate velut delitescit; est autem haec divisio societatis in jucundam, utilem, ac honestam; quae denominatio à fine potiori derivatur; à quo tamen honestas non excluditur: nempe *jucundam* dicimus societatem, quae ad honestam recreationem; *utilem* dicimus, quae ad emolumentum licitum; *honestam* denique simpliciter dicimus eam quae ad virtutis cultum praecipue instituta; à qua tamen posteriore id quod jucundum & utile est nequaquam excluditur, sed utrumque in ea, quamvis secundo, includitur: Praeclare enim Aristoteles *1. Ethic. Nicom. c. xix.* docet, virtutis actiones per se jucundas, & bonas, & honestas esse: Eam verò consociationem quae ab honestate prorsus remota, ne quidem societatis nomine appellandam dicimus.

3. Secunda societatum divisio ab objecti & finis identitate ac diversitate desumpta haec est, qua aliae *homogeneae*, sive *similiformes*; aliae *heterogeneae*, seu *dissimiliformes*, dicuntur:

E

Haec

Cap. iix Hæc autem formæ similitudo aut dissimilitudo non alibi
M. 2. potest quæri quàm in qualitate officiorum, ad quorum
 commutationem societas instituta: nimirum si idem spe-
 cie vel iucundum, vel utile, vel honestum utrinque inten-
 datur, *similiformis* est amicitia: At verò si ab unâ parte
 hæc ab alterâ parte alia species boni quærat, *dissimilifor-*
mis existit quoque societas & amicitia; veluti si consociatio
 instituatur ab unâ parte recreationis, ab alterâ parte luci-
 causa; aut ab unâ parte propter utile, ab alterâ parte pro-
 pter honestatem, aut denique ad commutationem rerum
 utilium diverſi generis, qualis est omnis negotiatoria con-
 sociatio.

4. In omni societate & amicitia dissimiliformi τὸ ἀνάλογον
 ἰσάζει, καὶ σώζει τὴν Φιλίαν, *proportio exæquat, conservatq, ami-*
citiam; sc. si non quidem idem, attamen tantundem repona-
tur: Et illius exæquationis communis mensura est numus;
 κοινὸν μέτρον τὸ νόμισμα. Aristot. ix. Nicom. i.

5. Tertia divisio societatis & amicitia à formali causâ
 & ratione consociationis desumpta est, quâ alia dicitur εἰς
 ἰσότητι, i. e. *societas & amicitia æqualitatis*, seu personarum
 æqualium; quæ aut similiformis aut dissimiliformis est, ut
 Aristot. iix. Nicom. c. vi. docet: & porro, aut iucunda;
 aut utilis, aut honesta; quæ tamen divisio & in eam, quæ
 mox sequitur, speciem cadit, vid. Aristot. d. l. iix. c. xiii. pr.
 alia verò est κατ' ἄπειχλῶν, *societas & amicitia impar*, seu
 personarum inæqualium & secundum excellentiam consti-
 tuta. Prioris generis sunt consociationes aut ad recreatio-
 nem, aut ad commutationem rerum utilium vel negotia-
 tionem, aut ad amicitiam fraternæ similem institutæ;
 qualis inter literatos commercio literarum colitur: Et hu-
 jus quoque generis est Civilis societas democratica.

6. Posterioris generis est, 1. Societas paterna; 2. Senio-
 rum

rum & juniorum consociatio; 3. **societas conjugalis**: 4. **Cap. III**
 Civilis aut alia quaecunque, paucorum aut unius potestati M. 2.
 subiecta societas. Aristot. *IX. Nicom. VII.* Ad seniorum ac
 juniorum societatem pertinet omnis consociatio docendi
 discendique causa **inita**.

7. In Societate personarum inæqualium, diversa est
 species societatis & amicitiae, à parte superioris & à parte
 inferioris: *diversa enim unicuique horum virtus, & officia*
diversa; diversi quoque fines ob quos alter alterum amat;
diversae igitur & dilectiones & amicitiae: Aristot. *d. I.* Et
 diversa utrinque tum jura tum injuriæ. Quamobrem
 hæc quidem societas ex suâ naturâ est dissimiliformis, seu
ἀνομοειδής.

8. In omni societate & amicitia personarum inæqualium
 dilectionem ex proportione oportet fieri: Et hæc in supe-
 riore erga inferiorem vocatur *benivolentia*; in inferiori
 erga superiorem, *veneratio & obsequium*.

9. Ratio conjunctionis in societate æqualium persona-
 rum constituta est secundum proportionem arithmeticam,
 quâ personæ *coordinantur* ad officiorum socialium com-
 munionem: Et in societate similiformi regnat *talio sim-
 plex*, in dissimiliformi *talio analogica*: Indicat hoc Philo-
 sophus *IX. Nicom. VI.* *τὰ γὰρ ἀνά γίγνεται ἀπ' ἀμοιβῆς, καὶ βύ-
 λονται ἀλλήλους, ἢ ἐπιχειροῦντες ἕτερος ἀντιπαραδιδόντες, οἷον ἡδονῆν ἀντὶ
 ὠφελείας:* *Eadem ab utrisque sunt, exoptantque sibi mutuo; aut*
alterum pro altero compensant, ut voluptatem pro utilitate.

10. Ratio conjunctionis in societate personarum inæ-
 qualium constituta est geometricâ proportione, quâ per-
 sonæ secundum gradum dignitatis una alteri, aut plures
 paucis, aut omnes uni *subordinantur*: Et ut in societate
 æquali aut omnes conjunctis suffragiis, aut singuli per vi-
 ces imperii potestatem habent; *μοῖσθα δὲ καὶ τὸ ἀρχοῦν καὶ τὸ δεχόμενον*
 E 2 *alternat*

Cap. II *alternat quod imperat & quod parent,* ait Aristot. *1. Polit. II.*
M. 2. Unde idem *III. Polit. III.* docet, virtutem boni civis democratici positam esse in *imperandi & parenti dexteritate.*
δὲ δὲ πὺν πολιτικῶν τὴν ἀγαθὴν ὀπισθοῦ καὶ ἀνιστοῦ καὶ ἀρχιστοῦ καὶ ἀρχιστοῦ
καὶ αὐτῆ δέρετῆ πολιτικῶν, τὸ τὴν τὸν ἐλάττω δέχων ὀπισθοῦ ἐπ' ἀμφο-
τέρων. Sic in societate inæquali unus aut pauci perpetuò imperant, reliqui perpetuò parent; nec *μοτεβαλλοσ τὸ ἀρχιστοῦ ἢ*
τὸ δέχων ὀπισθοῦ: nisi in collegio oligarchico, ubi quædam dignitates sunt ambulatoriæ.

21. Ipsa conjunctionis ratio, quâ personæ in societate conjunguntur, aut *coordinatè* ad æqualem tùm potestatem imperii tùm obligationem subjectionis; aut *subordinatè*, & ita, ut unus aut pauci reliquis perpetuò parentibus perpetuò imperent, fundamentum suum habet in qualitate seu virtute personarum, ejusque virtutis gradu æquali aut inæquali; *εἰ γὰρ μὴ ἴσοι, ὥσπερ ἴσα ἔξουσιν. si non æquales,* virtute & potentiâ imperandi, *non æqua habebunt;* Aristot. *v. Nicom. III.* Et ipse Auctor naturæ in societate paternâ ac conjugali huic personarum conditioni conformavit regiminis ac subjectionis modum & ordinem. In corpore civilis societatis ordo imperandi ac parenti consensu partium quidem constituitur; ipsa tamen *indoles populi*, τὸ ἡθὸς τῆς πολιτείας ἐκείνης τὸ οἰκίον, Aristot. *IX. Polit. c. I. & lib. III. c. ult.*, prout illa aut ad democraticum, aut aristocraticum, aut monarchicum statum recipiendum apta nata est, vel tacite monet formandum esse statum Reip. tùm isti regendorum indoli congruum, tùm ad diuturnam permansionem & vires apte expediendas idoneum.

12. Quarta consociationis divisio, à modo quo ea constituitur & formatur desumpta, hæc est quod alia sit moralis, alia legitima. *Legitima* vocatur quæ non tantum expressâ conventionione constat, sed & in quâ aut expressâ conventionione de-

37.
ne definitur, aut scripta lege definita est obligatio utroque adimplenda. *Moralis* autem est, quæ absque conventionem expressâ contrahitur, aut licet initium ex conventionem habeat, non tamen in eâ definitur quid utrinque præstandum sit; Sed & saltem ab unâ parte *moralis* esse potest consociatio, veluti si unus verbis aut facto ipso declarat officium suum, at non exigit ut alter statim idem faciat, sed ipsius conscientia relinquat æstimationem ac definitionem retributionis. Quæ postrema consociationis species si in homines improbos & ingratos incidat querelarum plenissima est. vid. Aristot. *ix. Nicom. xiii.*

13. Alia denique est societas *simplex*, alia verò *composita*. Hanc dicimus, cujus partes *proximæ* & immediatæ sunt personæ singulæ, veluti societas conjugalis, contractus. *Composita* verò societas dicitur, quæ proximè & immediate consistit ex aliis societatibus, veluti Domus, civitas.

14. Plurium societatum in unum corpus compositionem exigit varietas bonorum quæ ad vitæ humanæ indigentiam explendam ac felicitatis complementum pertinent: Hinc domus, hinc vicus, hinc civitas; hinc ipsarum civitatum & provinciarum in unum civile corpus conjunctio.

15. Societates *compositæ* aliæ per modum coordinationis, aliæ per modum subordinationis compositæ sunt; In Republ. democratica; tribus, collegia, corpora per coordinationem in unum civitatis corpus coire: In statu Monarchico civitates, provinciæ per subordinationem transferunt in corpus civile: Utrouque autem modo coalescunt Oligarchiæ & Aristocratia: Quippe collegium illud Aristocraticum vel Oligarchicum, quod Reip. gubernacula tenet, coordinatione compositum est, eique tota subditorum multitudo subordinatur.

Cap. 11x 16. In Societate civili omnis privata societas Reipubl. sub-
M. 2. 3. ordinata est: πᾶσαι δ' αὐταὶ ἐπὶ τὴν πολιτικὴν οἰκίαν εἶναι. Arist.
11x. Nicom. c. 1x. Omnes autem ac singulae Respublicae
providentiae ac potestati divinae sunt subordinatae: Indicat
hoc Aristot. VII. Polit. IV. his verbis: εἰ δὲ λίαν ὑπερβάδων
ἀριθμὸς ἢ δύναται μετέχειν τάξεως· θείας γὰρ δὴ τῆτο δυνάμειος ἔργον, ἥ τις
καὶ πᾶσι σωίχει τὸ πᾶν. Quippe immanis hominum numerus
non potest ab homine cogi in ordinem, aut in ordine con-
tineri: divina enim hoc potentiae munus est, quae & hoc uni-
versum continet.

17. Officiorum gradus cognoscuntur tum ex subordina-
tione societatum, ut prima Deo immortalis, secunda patriae,
tertia parentibus, deinceps gradatim reliqua reliquis de-
beantur; vide Cic. I. I. de Offic. tum ex qualitate officiorum;
ut quae ad vitae vel nostrae vel alterius innocentis aut fortu-
narum conservationem praecise necessaria sunt officia, po-
tiora credantur aliis tantam necessitatem haud continen-
tibus.

18. In universum autem τὰ φιλικὰ πρὸς τὰς φίλους, καὶ οἷοι
αἱ Φιλίαι ὀρίζονται, ἴσκειν ἐκ τῶν πρὸς ἑαυτὴν ἐληλυθῆναι, definitio of-
ficiorum amicitiae videtur ex amore cuiusque erga seipsum
fluxisse. Aristot. IX. Nicom. c. IV.

MEMBRUM III.

De Jure & equitate.

1. Jus naturale divina quadam providentiâ constitutum
est.

2. Jus naturale cum ipso genere humano rerum natura
prodidit. §. II. Instit. de Rerum divisione.

ε. Jus naturale proprie sic dictum aut *praeceptivum* est,
aut *prohibitivum*: illius objectum sunt *actus virtutum*; hu-
jus objectum sunt *actus vitiosi*. Arist. I. Rhetor. c. XIII. c. 22.

4. Ad

4. Ad juris naturalis præceptivi objectum pertinent Cap. IIX quoq; *actus permissi*; quorum tamen modus certâ ratione M. 3. definitus est; cujus generis sunt & pacta conventa.

5. Jus naturale per omnes societatum species vim & auctoritatem suam diffundit.

6. Jus naturale internos quoque voluntatis actus afficit, obligationem iis infigendo ad honestatis prosecutionem & turpitudinis fugam.

7. Jura naturalia semper firma atque immutabilia permanent: fluitque ea immutabilitas ex objecti, in quo jus naturale certo modo sese fundat, immutabilitate: Objectorum verò sive actuum, qui jure naturali aut præcepti aut prohibiti sunt, immutabilitas fundat sese in ipsâ naturâ humanâ, prout ea corporis & animæ certam ac mutari nesciam constitutionem complectitur, & ad certum aliquem finem prosequendum à suo Creatore ordinata est; Certa autem illa ac mutari nescia corporis humani atque animæ rationalis constitutio fundat sese in æterno divinæ voluntatis decreto.

8. Jus naturale certis casibus mutari videtur: *Τὸ δὲ οὖν ἐστὶν ἕως ἔξου, ἀλλ' ἐστὶν ὡς. hoc verò non est ita se habens, sed est quasi ita se habens.* Arist. v. *Nicom.* VII. n. 6. nempe cum animi aut corporis constitutio accidentaliter depravata est, ei non amplius illud conveniens est, quod iis non depravatis convenit: v. c. si manus putrida sit, haud convenit ei unitam manere cum reliquo corpore; sed abscissio ei congruit, ut reliquum corpus servetur.

9. Positiva Jura naturalis Juris aut declarationem, aut accessionem continent: ut magis certæ magisque indubitatæ sint agendarum rerum rationes, quæ scriptis legibus inclusæ velut ad oculum demonstrari possunt.

10. Equi-

40.

Cap. 112 10. *Æquitas est propria & scriptæ legis supplementum.*
M. 3. τῆ ἰδία νόμου καὶ ἰσχυροτέρου ἔλλειμμα. Aristot. 1. Rhet. XIII.
27. vel, ut idem v. Nicom. X. ἐπιπρόσθετα νόμου δικαιοῦς. *corredo
Juris lege constituti.*

11. Si quâ parte legislator defecit, ac simpliciter disponendo peccavit, interpretatione corrigendus est defectus, eâ ratione quâ ipse legislator se corrigeret si præsto foret, legemque casui subjecto accuratius conformaret. Aristot. d. c. X.

EPILOGUS

*a. Marefig. Tomo. 2.
Theol. 82. p. 144.* **De eligendo vitæ genere.**

1. In primis autem constituendum est, quos nos, & quales esse velimus, & in quo genere vitæ: quæ deliberatio est omnium difficilima. Cic. 1. de Offic.

2. In illa deliberatione ad suam cujusque naturam consilium est omne revoeandum. Cic. *ibid.*

3. Suum igitur quisque noscat ingenium, ac renique se & vitiorum & bonorum suorum judicem præbeat; ne scenici plus quam nos videantur habere prudentiæ: illi enim non optimas, sed sibi accommodatissimas fabulas eligunt: qui enim voce freti sunt, Epigonos, Medeamque; qui gestu, Menalippam, Clytemnestram: Semper Rupilius, quem ego memini, Antiopam; non sæpe Æolus Ajacem: Ergo histrio hoc videbit in scenâ, quod non videbit sapiens in vitâ? Ad quas igitur res aptissimi erimus, in iis potissimum elaborabimus. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenii non erunt, omnis adhibenda est cura, meditatio, diligentia, ut ea si non decore, at quàm minimum indecore facere possimus: nec tam est enitendum, ut bona, quæ nobis data non sunt, sequamur, quàm ut vitia fugiamus. Cic. d. l.